



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1581 usque ad annum 1589

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1772

VD18 90118650

§. 44. Armeniaci Cardinalis extrema.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67246](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67246)

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

§. XLIV.

Armaniaci Cardinalis extrema.

Ciac. tom. 3.
p. 688.
Thu. l. 82.

Quartus erat Georgius Armaniacus Petri Armaniaci Insulæ Jordanis Comitis, & Jolandæ de la Haye Pafavantiaë Filius, qui liberaliter educatus, ac sub disciplina Francisci Ambrosiani Cardinalis affinis sui bonis moribus, ac literis imbutus, sacram militiam profiteri decreverat, ut fidem Catholicam ab hæreticis acriter impugnatam pro viribus defendere valeret; juratus enim erat Calvinianæ sectæ inimicus: anno autem Domini millesimo quingentesimo vigesimo nono ad Regis preces Episcopus primo Ruthenenis, & Administrator Ecclesiarum Lescariensis, & Vabrensis nominatus, ac Regis Francorum primo ad Venetos, deinde ad Romanum Pontificem Orator selectus fuit, dein vero in ipsius Regis gratiam a Paulo III. Papa Presbyter Cardinalis SS. Joannis, & Pauli anno restauratæ salutis millesimo quingentesimo quadragésimo quarto die decima nona Decembris renuntiabatur, ubi in Gallias reversus, ac secretioris Senatus Consiliarius creatus Possiacensi colloquio interfuit, mortuo autem Leononcurtio Cardinale anno Christi millesimo quingentesimo sexagesimo quinto

to Tolosanum Archiepiscopatum obtinuit: demum a Cardinale Borbonio, qui Avenionensis Legatus nominabatur, rogatus, ut hujus legationis curas partiretur, munus hoc in se suscepit, ac reliquos vitæ suæ dies, cum hujus regionis aerem suæ valetudini propitium experiretur, in hac urbe transigere statuit, sua benevolentia hujus populi animos mire devincens, hacque ratione hunc Comitatum Sedi Apostolicæ illæsum conservans inter medios bellorum civilium tumultus, quibus omnes circum circa vicinæ Provinciæ foede devastabantur: denique anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo septimo, mortuo Feliciano Capitone, Avenionensi Ecclesiæ Episcopus præfuit, ibidemque Cœnobium Fratrum Minorum erexit, ac Cœlestinorum Abbatiam auxit, necnon Pœnitentes sancti Georgii, uti vocantur, dotavit, ubi etiam die vigesima prima Julii anno ætatis suæ octogesimo quarto supremum vitæ suæ diem clausit, ejusque Cadaver in Ecclesia Cathedrali, ubi vivens sibi monumentum poni curabat, sepultum est.

§. XLV.

Alexander Riarius Cardinalis mortuus.

Y 3

Paulo

Sæcul. XVI.
A.C. 1585.

Elog. Card.
Albi p. 329